

Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2009

Section: ABCDEFG

Branche: Latin

Numéro d'ordre du candidat

Texte connu

Mos habebatur principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida et libata gustu potio traditur Britannico; dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit ut vox pariter et spiritus raperentur. Trepidatur a circumsedentibus; diffugiunt imprudentes; at quibus altior intellectus resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis et nescio similis, solitum ita ait per comitalem morbum, quo prima ab infantia afflicteretur Britannicus, et redituros paulatim visus sensusque.

(115 mots)

(P.C.Tacitus, Annales, lib. XIII. 16)

Texte inconnu

L'éloquence d'Hortensius

Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset (1) in foro dicere, celeriter ad majores causas (2) adhiberi coeptus est (3); quanquam inciderat in Cottae et Sulpicii aetatem, qui annis decem majores erant, excellente tum Crasso et Antonio, dein Philippo, post Julio, cum his ipsis dicendi gloria comparabatur. Primum memoria tanta, quantam in nullo cognovisse me arbitror, ut, quae secum commentatus esset (4), ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset. Hoc adjumento (5) ille tanto sic utebatur ut sua et commentata et scripta (6) et, nullo referente (7), omnia adversariorum dicta meminisset. Ardebat autem cupiditate sic ut in nullo unquam flagrantius studium viderim. Nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret aut medicaretur extra forum.

(114 mots)

(M.T. Cicero, Brutus, cap. LXXXVIII)

Vocabulaire

- | | |
|---|--|
| (1) ordior, iris, iri, orsus sum | <i>commencer</i> |
| (2) causa | ici: <i>procès</i> |
| (3) coeptus est + inf. | <i>il commença à</i> |
| (4) commentor, aris, ari, atus sum | ici: <i>préparer</i> |
| (5) adjumentum, i, n. | <i>aide</i> |
| (6) sua et commentata et scripta | <i>ce qu'il avait préparé et écrit</i> |
| (7) refero, fers, ferre, retuli et rettuli, relatum | ici: <i>faire un rapport, rapporter</i> |
| (8) nullum patiri esse diem quin + subj. | <i>ne laisser passer aucun jour sans</i> |